

ta scilicet est, quod ipse fecerit omnia quoad mirandam varietatem: ut po-  
 tentiam ac sapientiam nobis commendaret suam; ita est, quod fecerit omnia,  
 quoad insitam suam facultatem, ut ipse commendaret suam nobis bonitatem.  
 Ita est, quod fecerit omnia, quoad lepidam ordinis sui concinnitatem, ut  
 etiam nobis paternam sollicitudinem ac providentiam commendaret. Itaque  
 est, quod omnia fecerit, in continua Specierum perpetuitate, ut suam  
 roborat nobis clementiam ac misericordiam. Juxta haec Jesulus Consilia-  
 rius noster in opere fuit Redemptionis.

Corporis formam caduci, membra morti obnoxia  
 Anduit, ne gens geriret protoplasti ex germine  
 Meruerat quam lex profundo noxialis Tartaro.  
 Ita scilicet auxilium tulit, qui dederat consilium, ut impleretur, quod Bernardus his  
 habet verbis: qui Consilium dedit, is ferat auxilium. Tulit, tulit, tulit ipse auxilium,  
 quum gigneretur, ut genitos regeneraret: Tulit auxilium, cum volens crucifigere  
 ar, ut invite crucifixos detraheret: Tulit auxilium, quum et ipse volens morere-  
 tur, ut involuntarie mortuos exsuscitaret: Tulit auxilium, quum susciperet, quam  
 non suscipiebat mortem, ut eos, qui sub morte sunt, vivificaret: Tulit auxilium:  
 quum devoraret ipsum mors ignorans, quem devorasset, sed cognoscens tandem,  
 quem non devorasset, ut viverent omnes, aeternumq' viverent, quotquot in ipsum  
 viderent. O optimum non sine optimo consilio auxilium! O auxilium non  
 sine consilio saluberrimo saluberrimum! Cant nunc et sibi suam rem habeant  
 Pharisaei: qui ipsi credunt, temere et inconsulto in opere Redemptionis fa-  
 tum fuisse, quicquid esset factum. Na enim verbis D. Petri Herodes et Pontius  
 Pilatus cum gentibus et populis Israel fecerant, quae manus Dei et Consilium  
 eius decreverant fieri. Quid tandem? Est et Jesulus Consiliarius noster in o-  
 pere cotidianae conservationis. Ipse qui se administrat, providet ac dirigit omnia  
 sapientissime: eo quod omnia oculis ejus aperta sint et cognita. Ne dicam,  
 quod omnia, etiam mala ad salutares suos fines, imo et ad suam ipsius glo-  
 riam certo consilio, quamvis non raro ignoto nobis, dirigere norit. Administrat  
 porro omnia liberrime: eo quod agens sit liberrimum, nec ab illo copi possit.  
 Administrat item omnia potentissime, eo quod in exequenda sua voluntate nul-  
 la virum imbecillitate laboret: sed quaecumq' ipse vult, sicuti vult absq' fatiga-  
 tione et negotio efficere valet, neq' ejus actio ullis viribus impediri, ulla lege  
 vinciri potest. Pertingit omnia a fine usq' ad finem fortiter et disponit omnia  
 suaviter. O Consiliarium maxime providum! O sapientissimum, o liberr-  
 mum, o potentissimum Consiliarium! Columbas alias arte factas et  
 muscas volitantes admiramus: admiramus Archimedis Sphaeram, motus  
 coelestes referentem, pulices cateratos, quod cum venia vestra Auditor es,  
 dixerim, admiramus. Sed desinamus haec artis ludicra mirari, ac potius  
 aspicimus cum stupore, quae ab optimo Consiliario nostro, qui puer nobis  
 natus, et Filius nobis datus, quotidie sunt, insarum enim est ectypum ad-  
 mirari, non vero prototypum. Dum vero prototypum admirem, ni tu iterum  
 suspiciendi, velim, qui non nisi ectypum huc usq' admirati estis, nolite amplius